

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

VII. De aliis recreationibus & Ludis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

repotest sive in factis, sive in dictis. Veluti
in factis immodestia, levitas, clamor, ca-
chinnus, singularitas, solitudo. In verbis
adulatio, laus propria, narratio proprio-
rum gestorum ad facieratem audientium,
scurrilitas, nimis effusa letitia, nimia in-
loquendo libertas. Postremo non nimium
relaxatio protrahatur, omnium enim re-
rum satietas est & tedium; sicut in comae-
diis, venationibus, sessionibus, ambula-
tionibus ita & in colloquiis.

VII. De aliis recreationibus & Ludis.

Lodus triplex est. I. Totus pendens à for-
tuna. II. Totus pendens ab industria.
III. Mixtus. Lusum tria jucundum red-
dunt, quies à seriis, propensio ad lusum, &
victoriam. Ludus honestus modestusq; ni-
hil peccati scandalive continens, Clericis
Religiosisq; denegandus non est: nam sine
eo manca, ab omni hominum generete-
creatio existimatur.

I. **Ludus totus pendens à fortuna** est
alearum, qui Clericis & Religiosis per va-
rias leges pontificias & synodales prohibi-
sus est.



VI. Ludus totus pendens ab industria
Est arte est lusus latrunculorum seu scac-
chorum: qui cum caput ingenium con-
tentione studiorum fessum amplius fatiget,
a recreatione allegatur a multis, cum Ca-
jetano Card. 22. q. 26. scribe: Lusus
quanto magis industrious, tanto minus
quieti rationis sensuumque convenit: ideo
absolutè loquendo ludus scacchorum pessi-
mus est in ordine ad finem ludi.

III. Ludus mixtus est, trudiculorum,
quibus in mensa panno strata globuli ebur-
nei per portam trudendo mittuntur: item
spheristri, pilæ et alii, partim ab indus-
tria partim a fortuna pendentes, et mo-
tum aliquem corporis adjunctum habentes,
ab quem tanquam valetudini tuenda sa-
lutares a Celso Galenoque judicantur.

IV. Observanda leges ludi: nec animus
nimium immersendus: vitanda contentio:
imitandusque Theodosius Gothorum Rex de
quo ludentes scribit Sidonius: Patienter
expectat, in bonis jactibus tacet, in malis
ridet in neutrīs irascitur, in utrisque phi-
losophatur. l. 2. c. 2. de agric.

V. Ad extremum arcenda a ludis
chorea

choreæ & saltus præsertim cum altero se-
xu quæ vel maxime Clericos, & Religiosos
dedecent, nec sine Laicorum scandalo in-
stituuntur. S. Franciscus Salesius in Intro-
ductione ad vitam devotam scribit, cho-
reas fungis similes esse, inter quos, qui vi-
dentur meliores non hilum valent. Ordi-
nariè enim comitantur vanitas, luxus,
inepta latitia, profusio, compotatio, amor,
nox, periculosi sane consiliarii, & magistri
perversi: hinc, nisi cadere velis in hoc lu-
brico, memor fragilitatis tuae toties im-
pugnatæ, utinam invictæ, ista fuge.

HORA I.

Examen Particulare.

Præclaræ methodus extirpandi vitia &
virtutes inserendi est Examen particu-
lare à S. P. Ignatio exactè traditum in
Libello Exercitiorum; quod non velut ge-
nerale omnia simul vicia persequitur, sed
unum particulare vitium, aut partem il-
lius expugnandam, aut virtutem aliquam
acquirendam, aut actionem ordinariam
reformandam suscipit: facilius enim hostes
vincit, qui successivè, quam qui omnes
simul aggreditur.

Praxis

I. hoc ve
mète.
resister
II. proposi
aut vi
mox do
aliis pr
III. rundo e
male,
rum a
rurus
virtuo
tisigna
made c
pumer
verò c
Tab
ex
Domin
Feria
Feria
Feria
Feria
Feria
Sabba

IV.
mag